

## Latinsk text

Anno domini MCDXXIII secunda die penthecostes vir quidam nomine Gudmundus Iacobson peregrinus ad defixionem domini, homo seriose condicionis, etate quasi quinquagenarius, de Fundo aquilonari parochial Nerpis, Aboensis diocesis, villa Lappawijk, non longe a dicta ecclesia Nerpis sita, narravit infrascripta fideliter et constanter, videlicet quod ipse cum alijs decem viribus erat in mari aquilonaris Fundi actualiter in captura focarum existens. Et cum iam multas cepissent focas, quarta feria, que media erat illius anni quadragesime irruente tempestate diuisique per longas distancias socijs super glaciem maris hinc inde repente rapiebatur eorum nauicula ex vi tempestatis atque glaciei congerijs cum quatuor tantummodo socijs, reliqui autem tres viri super vnam partem glaciei conuenerunt, ceteri vero tres eorum socij super singulas glacierum ab inuicem sunt diuisi in ipso turbido mari. //

Sique vagabundi ad varios ventorum impetus tota sequenti nocte iantabantur. Mane autem facto tres predicti simul in vna glaciei particular existentes et oculos leuantes viderunt vnum de socijs perditis remote in mari quadam alia particula modo alcius levare ab vndis, modo per longam moram depressum a conspectu eorum tolli. Sed tandem omnes quatuor insimul conueniunt, quorum vnus non diu post moriebatur ex algore. Tunc duo ex reliquis tris- tissimi vllulando dixerunt: Ecce et nos miseri heu iam videmus ante oculos nostros profundum maris huius debere fieri sepulcrum nostrum, de animabus vero nostris ignoramus, si saluentur an dampnentur. Videntes autem glaciem super

quam sederunt ex maris conquassacionibus nimis immi-  
nutam, cum iam non haberet nisi ix vlnas in longitude  
et sex in latitudine, in spissitudine vero duas tantum  
palmas, amplius desperati sunt. Tunc tercius eorum, supra-  
dictus scilicet Gudmundus, alios duo sic affatur: Non  
debemus desperare, qui ante aliquot annos Stokhol-  
mis existens in monasterio nigrorum fratrum audiui pre-  
dicare quod quidam submerses siue naufragus per lon-  
gam moram steterat in profundo maris sed cordetenus  
inuocato adiutorio dei, cum ore non posset, per memoriam  
dominice defixionis saluatus est. Vunde et nos per dei  
misericordiam saluari poterimus eandem defixionem dominicam  
inuocando. Sic quisque vno animo si liberatentur te peregrine-  
turos ad locum predictae memorie vouerunt cum oblacionibus,  
scilicet quoe vnusquisque eorum ymaginem ceream ibidem  
offerre debeat duaurum marcarum in pondere. Et sic mi-  
rabiliter etsuper omnem humanam etsimacionem cum per septem  
dies et totidem noctes sic per mare iactati fuissent //

nec alicubi terras conspexissent, tandem octaua die,  
scilicet quarta feria sequenti, ad quodam litus maris vita  
comite peruenerunt. Tractantes vero de discriminibus  
suis cum incolis ibidem inuenerunt, quod per quindecim magna  
miliaria a loco prime periclitacionis super glaciem per illam  
septimanam vsque ad predictum litus fuerant deuoluti. Sed  
et hoc mirabilius reputabant, quod circumquaque circa se  
cotidie viderunt terribiles vmdas maris et fluctuum  
eleuari, sed cum nequaquam eorum glaciem diluebant,  
quod nullo modo creditor fuisse factum, nisi ex diuina pietate  
ineffabili, fuissent ad vitam specialiter reseruati. Hec omnia  
et singula narrans prefatus Gudmundus, socios secum  
super glaciem commorantes et ad litus perunientes nominauit

vnum eorum Olaff Iacobson, alium Jönis Saxa. Pro-  
cessu autem temporis inuentum est, quod ceteri eorum quatuor,  
qui cum nauicula predicta inter congeries glacierum maris  
euaserant, nauiculam ipsam cum omnibus rebus perdiderant  
et vix cum maximis difficultatibus morem euaserant  
corporalem. Et ego frater Gregorius, qui hoc scribe, satis  
recordor me audiuisse narrare de prealligato nau-  
frago submerso et liberato, sed hoc scripto non commen-  
dauit, eo quod per negligenciam meam testimonium suffi-  
ciens minime conuocauit.

## Svensk text

På annan dag pingst år 1424

kom en man vid namn Gudmund Jakobsson

som pilgrim till Herrens korsnedtagning, en stadgad man,

omkring 50 år gammal, från Norrbotten, Närpes socken, Åbo stift,

Lappfjärds by [*antagande: i texten står Lappawijk*], belägen icke långt från Närpes kyrka, och han

berättade vederhäftigt följande händelse. Då han med tio andra män

var ute på Bottenhavet för att fånga säl och de redan hade

fångat många sälar, hände det sig – det var på onsdagen i midfastan –

att en storm bröt ut och att kamraterna blevo skilda från varandra

på det isfyllda havet och att deras båt med endast fyra av männen

ombord plötsligt kastades hit och dit av stormen och ismassorna.

Tre andra voro däremot tillsammans på ett isflak och ytterligare

tre andra av deras kamrater på olika isflak, och så skildes de från varandra på detta upprörda

hav. //

Hela den följande natten drevos de omkring för vindarnas

växlande anlopp. Men då det blev morgon och de tre männen,

som voro på det ena isflaket, lyfte upp ögonen, sågo de en av

sina förlorade kamrater långt borta i havet på ett annat flak

än lyftas högt av vågorna än under långa stunder sjunka ned

och försvinna ur deras åsyn. Men till slut kommo alla fyra tillsammans.

Icke långt därefter dog en av dem av köld. Då klagade två av de övriga

sorgset och sade: "Ack, vi olyckliga, här ser vi nu för våra ögon

det havsdjup, som skall bli vår grav, och om våra själar vet vi inte,

huruvida de skall bli frälsta eller fördömda." Då de sågo, att isflaket, som de sutto på, var mycket förminskat av havets stormar och att det redan bara mätte nio alnar i längd och sex i bredd men i tjocklek endast två handflator, blevo de ännu mer förtvivilade. Då talade en av dem, den ovannämnde Gudmund, till de två andra såhär: "Vi skall inte förtvivla. För några år sedan, då jag var i Stockholm, hörde jag i svartbrödernas kloster kungöras, att en, som fallit i havet eller lidit skeppsbrott, länge varit i havens djup och åkallat Guds hjälp i sitt hjärta, när han inte kunde det med munnen, räddats genom Herrens korsnedtagnings minnesbild. Därför kan även vi räddas genom Guds barmhärtighet, om vi åkallar samma Herrens korsnedtagning." Då lovade de enhälligt, att de, om de räddades, skulle vallfärda till den plats, där nämnda bild finnes, med offergåvor, i det att var och en av dem skulle offra en vaxbild av två markers vikt därstädes. Och då hände det – underbart och över all mänsklig beräkning – att de, som under sju dygn blivit drivna på detta sätt över havet //

och inte sett land någonstädes, slutligen på åttonde dagen, med andra ord nästa onsdag, med livet i behåll anlände till en kust. Då de talade med inbyggarna där om sina faror, funno de, att de under denna vecka drivits 15 mil över det isfyllda havet från sin första olycksplats till den strand, som de nu kommit till, men detta ansågo de sällsammare, att fast de dagligen runtomkring sig sett havets och strömmarnas förfärliga vågor höja sig, så hade dessa vågor likväl icke upplöst deras isflak, vilket man ingalunda tror kunnat ske utom genom Guds outsägliga mildhet, utan de hade bevarats till livet. Allt detta i detalj berättade nämnde Gudmund, och han uppgav, att en av de kamrater, som varit med honom på isen och kommit fram till kusten, hette Olov Jakobsson och en annan Johan Saxa. Efter en tid

befanns det, att de övriga fyra i sällskapet, som undkommit med det nämnda skeppet bland havets ismassor, förlorat detta skepp och alla sina ägodelar och endast med stor svårighet undkommit den lekamliga döden. Och jag broder Gregorius som skriver detta, erinrar mig mycket väl, att jag hört berättas om den nyssnämnde skeppsbrutne, som drunknat och räddats, men jag har icke antecknat det i denna skrift, emedan jag genom min försumlighet ingalunda har kunnat skaffa tillfyllestgörande bevis och vittnesbörd.

